



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

187. An Sacerdos, qui omittit in Missa voluntariè credo, seu Gloria, peccet mortaliter? Et quid si omittatur in Canone nomen alicuius Sancti, vel tempore Paschali ea quæ interponuntur in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

RESOL. CLXXXVII.

*An Sacerdos, qui omittit in Missa voluntariè Credo, seu Gloria, peccet mortaliter?*  
*Et quid si omittit in Canone nomen alicuius Sancti, vel tempore Paschali ea, qua interponuntur in Communicantes, aut in actione: Hanc igitur oblationem? Ex p. 2. tr. 14. Ref. 59.*

*Sep. contens. in hac Ref. in precedente Ref. à principio, signatur à lin. 4. §. Va-de. & in aliis eius non pro his qualitatibus.*  

§.1. **F**ortè non peccare putauit Nugnus tom. 1. in 3. part. quasi 8.3. art. 4. dub. 2. ad 3.

2. Sed sine villa formidine, & absoluè docet non peccare mortaliter, sed venialiter ex materia leuitate, Filiarius tom. 1. tral. 5. cap. 5. n. 155. & idem putat, ut diximus, si omittitur in Canone nomen alicuius Sancti, vel tempore Paschali ea, qua interponuntur in Communicantes, aut in actione, *Hanc igitur oblationem: quod ultimum est maximè notandum.*

RESOL. CLXXXVIII.

*An peccet Sacerdos, qui in Missa solemnii non recitat, sed canum audit Gloria, Credo, Epistolam, Euangelium, & Prophetias, qua in Hebdomada maiori leguntur inter ipsa Missarum solemnia, dum ea ab aliis recitantur, aut canuntur?*  
*Et si Sacerdos in Missa Mortuorum, quando dicenda est Sequentia, Dies iræ, &c. si illam voluntariè omittat, peccet mortaliter?*  
*Et notatur, quod Rubrica Missalis non sunt preceptiva, sed direcția. Ex part. 9. tractat. 6. & Misc. 1. Ref. 19.*

*Quo nunc  
hanc tepe-  
nur, & in  
Ref. 1. post  
les. & infra  
in Ref. 1. et  
in Ref. 18.  
proprio sum.*  

§.1. **E**go in part. 2. tract. 14. ref. 42. summa cum multis Doctoribus, Sacerdotem in Missa solemnii non legentem submisce Epistolam, & Euangelium, non peccare: vnde Moscosus in sum. tract. 5. cap. 5. num. 14. sic ait: [Es opinion communis que quando en la Missa ay Diacono, y Subdiacono, no es obligado el Sacerdote rezar en secreto el Euangilio, ni la Epistola; y assi lo pratican algunos hombres doctos.] Ita ille. Postea Eminentiss. Dominus meus de Lugo hanc sententiam impugnauit, quam ego iterum defendi in part. 5. tr. 13. ref. 5. licet nouissimè cum Lugo, me citato, sentiat Hieron. Garcia de obligat. Sacr. tral. 3. diff. 8. dub. 6. puncl. 2. num. 8. Sed supposita nostra sententia, tanquam probabile: quia Rubrica Missalis non est preceptiva, sed directiva, ut me citato, docet etiam nouissimè Pellizarius in Man. Regular. tom. 1. tral. 5. c. 9. sect. 2. n. 35. ad propositum difficultatem de Gloria, & Credo, codice pacto ipse responder affirmatiue. Itaque n. 36. sic afferit: [Vtrum verò eodem modo excusari possit à peccato Sacerdos solemniter celebrans, qui se certè non recitat Gloria, aut Credo, aut Prophetias, qua in hebdomada maiori leguntur inter ipsa Missarum solemnia, dum ea ab aliis recitantur, aut canuntur. Respondeo. posse excusari, tum ob rationes allatas §. præced. tum quia non appetet ratio, cur dendi sunt satisfacere obligationi diuini Officii, qui recitant in Choro solum audiendo Lectiones, Capitula, Orationes, &c. & non satisfaciat Sacerdos solemniter celebrans, solum audiendo Gloria, Credo, & Prophetias, cum videatur militare par ratio in utroque casu: vnde sicut cap. præc. sect. 1. q. 10. §. Verum quidem est, asservimus recitantes in Choro modo supradicta satisfacere propriez obligationi, solum audiendo: ita & idem afferendum est in praesenti casu.

Tom. II.

de Sacerdote solemniter celebrante: cum Gloria,

Credo, & Prophetias in Missa solemnii dici possint pars, non Sacerdotis celebrantis, sed chori, & aliorū Ministrorum.] Huevque Pellizarius. Sed defendendo nostram sententiam tantum in ordine ad Epistolam, & Euangelium, dico illam tenere, præter Doctores à me alibi citatos, Quintanadueram, Authores Instruções ordinandorū, editæ iussu Martini Reialis, vt pater, me citato, part. 5. §. 10. n. 7. & etiam me citato, Joan. Henriquez, in qq. præt. sect. 22. q. 10. vbi

Sup. his Propheticis super in Ref. 72. §. Notandum, in principio, quoniam ibi pro illarum omissione in Missa priuata.

sic ait: [Mas probable es, que de ninguna manera esta obligado el Sacerdote à rezado lo, que el Diacono, y Subdiacono han de cantar, si no basta oyrolo, como lo dice Diana.] Et idem sapientissimus Sanch. in opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 13. n. 3. docuit, Sacerdotem celebrantem cum Diacono, & Subdiacono melius facere, si dum ipsi dicunt Epistolam, & Euangelium, attente audiatur, quam si secreto dicat. Vnde Moscosus in sum. tr. 5. cap. 5. n. 14. sic ait: [Es opinion comunis que quando en la Missa ay Diacono, y Subdiacono, no es obligado el Sacerdote à rezar en secreto el Euangilio, ni la Epistola; y assi lo pratican algunos hombres doctos.] Ita ille, & iterum ego.

2. Notandum est etiam hic obiter, Patrem Bordoni tom. 2. refol. 1. num. docere, Sacerdotem in Missa Mortuorum, quando dicenda est Sequentia, Sup. hoc Se-Dies ire, &c. si illam voluntariè omittat, non peccat mortaliter: quia non est pars substantialis Missæ, sed tantum integralis. Sed de dictis opinionibus Partium Pellizarij, & Bordoni, tu cogita.

RESOL. CLXXXIX.

*An Sacerdos in Missa maiori peccet, si non legat submissa voce Epistolam, & Euangelium, postea à Subdiacono canendum?* Ex p. 2. tr. 14. Ref. 42.

§.1. **A**ffirmatiuam sententiam docer Fernandez in exam. Theol. part. 3. c. 5. §. 13. n. 15. & Emanuel Sá ver. Missa, n. 51. Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis ciuitatis primæ not.

2. Sed negatiue respondendum est cum Vega in sum. tom. 2. c. 41. cap. 7. qui citat Rodrig. Idem docuit Villalob. in sum. p. 1. tr. 8. difficult. 3. 1. n. 4. qui male citat Nauarrum tanquam contrarium sententem: nam Nauarr. in orat. Miss. 78. & in Manuall. c. 10. n. 44. sec. 46. negatiuam sententiam docet, & multis rationibus probat, tum quia in Missali hoc non præcipitur tum quia nullo alio Canone, seu iure in Missa solemnii imponitur recitari secreto Epistolam, & Euangeliū. Et licet aliqui id faciant, multa sunt consueta, quæ non sunt præcepta. Malè igitur, ut dixi, à Villalobos Nauarrus pro contraria sententia citatur.

RESOL. CXC.

*An Sacerdos in Missa solemnii teneatur recitare submissa voce Epistolam, & Euangelium?* Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 95.

§.1. **A**d hoc dubium ita respondet P. Lugo de Sacram. Euchar. diff. 20. sect. 4. n. 107. Posset dubius Ref. forte excusari à peccato graui Sacerdos solemniter præteritis, & celebrans, qui Epistolam, quam Subdiaconus cantat, non recitat, vel Euangelium, quod à Diacono cantatur, præteritis, & in aliis not. prime Ref. 188. qui tamen falsè supponit id in Missali non præcipit: nam se vera præcipitur expressè ibi in rubrica Missa solemnis. Ita ille.

K 2. Sed